

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eilhard Lubin Lambert Langemack

**De Formula Verborum Quae Baptismo Declarationis causa praemitti apud
quosdam solent, quam Exorcismum vocant**

Rostochii: Myliander, 1607

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75651584X>


Druck Freier  Zugang



E. Lubinus.
R. U. theol. 1607. 1a

- Pressa

18





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn75651584X/phys_0008](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75651584X/phys_0008)

DFG

14

ΣΥΝ ΟΞΩ

DE FORMULA VER-
BORVM QVAE BAPTISMO DE-
clarationis causâ præmitti apud quos-
dam solent, quam Exorci-
smum vocant

*Theses in Academia Rostochiensi ad
disputandum publicè proposita*

Præside

EILHARDO LVBINO S. T. Dectore
& Professore

Respondente

LAMBERTO LANGEMACIO Holsato.



ROSTOCHII.

Excudebat Stephanus Myliander, An: 1607.

Reverendo & Clarissimo viro, Dn.
JOHANNI MONRADO,
Præposito Ecclesiarum Alsiæ,

*Domino amico & fratri meo in Christo carissime,
certissimo, S.*

Heses quas hisce diebus proposui, Reverende & Clarissime vir, de Exorcismo sunt. Quem quo fine aut consilio vel præsca Ecclesia actioni Baptismi præmiserit, vel nostra Ecclesia retinuerit, ex parte in thesibus his exposui, nec alias inter doctos quenquam potest fugere. Cur autem illam potius materiam hoc tempore excutiendam mihi proposuerim, nemo opinor quæret, qui quid Adversarij Calviniani abrogatione Exorcismi olim moliti sint, & hoc ipso tempore passim machinentur, norunt, & jam pœnè senire incipiunt. Nimirum illos ab hoc ritu Adiaphoro plerunq; Tragœdias suas hactenus exorsos esse, notius est, quam ut ostendi mereatur. Cur autem Disputationem meam, hanc contra illā direxerim, quæ sub nomine præcipuī cuiusdam, & dum vixit, sinceri, & de Ecclesiâ DEI meritissimi Theologi, passim hisce diebus sparsa est; nemo me opinor jure culpaverit. Notum est nunquam quenquam ab hostibus citius supplantari, quam cum etiam ab amicis oppugnari videtur. Et Theses illæ quamvis uteunq; tolerari posse videantur, (contendunt enim rem medianam, sine quâ ipse Baptismus sibi sufficit, tanquam materiam apud adversarios rixandi, apud infirmos offendendi, abrogandam esse) Accuratiū tamē, quantum inde nostris Ecclesijs incommodi oriturum sit æstimanti, neutiquam videbuntur vel suppressione aboleri posse, vel silentio dissimulari debere. Sparsæ illæ passim & in universâ Germaniâ & vicinis locis ad amicos pariter & hostes longe lateq; disseminatae. Sparsæ autem huc certe tempore importuno prorsus & incommodissime, quo Dia-

Diabolus hoc egit; ut per abrogatum Exorcismum in nostris Ecclesijs januas aperiret, reliquum suum virus, latius ad nos propagandi, & Religionem nostram universam in reliquis etiam Doctrinæ partibus suspectam reddeadi, & nostrarum Academiarum & Ecclesiarum Doctores vel distrahendi, vel certè incertitudinis pariter & inconstantie insimulandi, & reos peragendi.

Jam ad illarum thesum auctorem, quod attinet, Ego cum hasce contrarias adornarem mihi persuadere non potui, illum cum esse, quem theses in titulo suo profitentur. Sed ne jam quidem satis imperare mihi possum, ut illum auctorem statuam. Aut si auctor est, certus sum, non eo scriptisse animo, ut sic ederentur, multo minus ut cum' multorum offendiculo & omnium ferme Saxoniarum Ecclesiarum perturbatione publicè, ut titulus pollicetur, disputarentur. (Mens illi viro longè fuit melior) sed ut privatum collegarum suorum & reliquorum totius Ecclesiae judicium privatum super Adiaphoro hoc abrogando exploraret. Norat enim suam privati & unius viri auctoritatem quantumvis magnam non sufficiunt ad ritus hujus ab antiquissimâ Ecclesiâ accepti, & à Divo Luthero retenti, & in nostris Ecclesijs tanto tempore hactenus usurpati, & à nostris doctribus tot scriptis defensi, abrogationem. Quod si aliter animatus fuit, cur vivus hæc non edidit, aut cur mortuus per suos edi non caravit? Suos dico, & jam non dico, qui illi fuerint à quibus & quo animo sint editæ, & numnam forte alicujus non genuini accessione sint locupletatae. Quidquid sit, nullum mihi dubium illum vivum & lubentem nunquam theses hasce, (ut demus cum auctorem esse) vel edi, vel saltem sic edi permissum fuisse. Longè aliter vir ille notus est, non amicis solum, sed & hostibus, cuius tota vita dicta, facta comparata erant, ad Sacrosanctæ Ecclesiæ ædificationem, & non destructionem. Ex quibus ego quidem certè statuo, in adornatione harum thesum auctorem, (siquidem ille auctor est, quem inscriptio pollicetur) non adseruisse, sed Ecclesiæ censuram explorare voluisse; & propterea hæc editione post mortem injuriam illi fieri, qui vivus hanc publicationem nunquam approbasset. Ego quidem sic statuo, quod quisquis mea no eo animo edit, quo scripta sunt; & publicat ea quæ ego sic publicari nolim, ille edat illa, quæ pro meis

neutquam sunt agnoscenda. Non igitur hæc amplius illius sunt, qui si scripsit, non nisi animo bono ac benevolo scripsit, ut si ab Ecclesiâ approbarentur, valerent, vel si minus, abiijcerentur: Sed illius, qui tempore importuno, & animo non satis benevolo, in fraudem auctoris, infirmorum scandalum, & Ecclesiæ perturbationem male publicavit. Quia verò hæc meæ Theses jam adfectæ, & pænè publicatæ erant ante, quād de auctore certi, quid constaret; Inde nimirum factum, ut theses illas tanquam alienas durius quibusdam in locis exceperim. Sic tamen, spero, ut nusquam viro illi detraxerim, quem vivum veneratus sum, & mortuum colo, & colam dum vixero, utrumq; merito suo. Hæc ad justam vel excusationem auctoris, vel accusationem editoris illarum Thesiorum, & instituti mei rationem, dum hanc meam disputationem illis oppono, plenitis tibi probandam paucis volui præmittere. Hanc autem materiam eo lubentiori animo, & impendio magis aggressus sum, ut vel eo ipso ostenderem, nihil me minus, quād cum illis facere, qui cum Anabaptistis Exorcismum principio oppugnarunt, Calvinianos dico. Huc accedit quod multi præstantes Theologi de Exorcismo scripserint, eumq; magno judicio & maturo consilio minimè abrogandum censuerint, qui institutum meum hoc minimè, spero, improbabunt. Quidquid sit, minimè hæc silentio fuerunt dissimulanda, nisi nostram doctrinam ut in hæc, ita etiam in reliquis omnibus controversijs de errore suspectam reddere; nostram in afferendis ritibus & ceremonijs in Ecclesiis nostris usitatis incertitudinem & inconstantiam omnibus amicis improbandam, hostibus ridendam exponere, adeoq; nisi infirmioribus scandalum, & adversarijs nostris in nostras Ecclesijs per abrogatum Exorcismum irruptionem parantibus, mox triumphum decernere voluerimus. Tibi vero Reverende & Clarissime vir, hæc inscribere volui, mei in te amoris, benevolentiae, ac studij qualecunq; documentum, & priscæ inter nos familiaritatis & amicitiae nunquam intermotoræ indicem. Quod, quale tandem cunq; sit, tueberis. Vale & salve cum omnibus tuis salvis. Rostochij, Mense Januario, no. M. DC. VII.

R. T. Studioſissimus
EILHARDVS LVBINVS.

S Y N Θ E Ω.

D E
E X O R C I S M O .

Thesis I.

Nter alios ritus ac ceremonias, quibus Ecclesia, etiam antiquior in actione Baptismi immensam virtutem & Energiam Sacrosancti Baptismi significare, & adumbrare voluit, est formula illa verborum, quibus Diaboli Spirituale in homines non regeneratos imperium per Baptismum sive lavacrum Regenerationis &c. destrui indicatur. Quam verborum formulam Exorcismum vocant.

II. Verba autē illa, quae Exorcismi nomine indigetant, sunt illa, à quibus Baptismi actio inchoatur: Exi immunde Spiritus, & da locum Spiritui Sancto: Et illa, quae postea adduntur: Adjuro te impure Spiritus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ut ex eas, & discedas ab hoc famulo DEI N.

III. Hac verba à priscā Dei Ecclesiā bono & minimè improbando consilio in administratione Baptismi addita fuerunt, ut illis ipsis quoquo modo indicarent Diaboli in homines ex carnatis horrendam tyrannidem, quae major est, quam vel lingua enarrare, vel ratio humana posse comprehendere, à quā baptismus omnes credentes liberat.

IV. Jam ad ipsa Exorcismi verba quod spectat, illa partim
ca 3. haben-

in sacra scriptura novi Testamenti habentur, partim inde evi-
dentissimè elici & deduci possunt.

V. Et principio ὁ υἱὸς τοῦ ἀρχοντος, quorum hoc Matth. 26.
v.63: Illud vero, Marci 5, v.7. Act. 19. v.13. & 1. Thess. v. 27.
habetur, propriè significat per Dei nomen & auctoritatem adhi-
bitam, & juramento invocatam aliquid mandare & præcipere.
Derivatur enim verbum à nomine ὁ υἱός, quod juramentum
significat, & est di vini numinis invocatio & contestatio.

VI. Hoc in supra citatis locis evidenter apparet. Apud Mar-
cum Diabolorum legio ad Christum dicit: Adjuro te per
Deum, Id est DEI nomine & imperio quasi in auxilium invo-
cato tibi precipio. Et Paulus ad Thessal. Adjuro vos per Do-
minum, Id est, Deum ultorem super vos invoco, nisi hanc meam
Epistolam cunctis fratribus recita veritis. Apud Matthæum ve-
rò Caiphas ait ad Christum, εἰς οὐρανὸν σε καὶ Ἰησὺν τὸν λαβύρινθον.
Adjuro te per Deum viventem, ut diccas nobis an tu sis
Christus. Id est Deum vivum super te vindicem in voco, nisi
veritatem nobis dixeris.

VII. Patet igitur verbum εἰς οὐρανὸν generaliter significare,
Deo ultore & vindice per juramentum invocato aliquid impe-
rare: & non satis candide & peritè illos facere, qui contendunt
verbum hoc semper de corporaliter obscientibus Diabolis ab ho-
mione obesse expellendis usurpari, ut verbum hoc abominabile
& odiosum reddant.

VIII. Specialiter autem usurpatur de Demonibus ab homi-
nibus corporaliter obcessis eiendiis. A quâ verbi hujus signifi-
catione etiam dicuntur εἰς οὐρανού, Exorciste. Quales in Actis
memorantur cap. 19. v. 13. vagabundi quidam Judei filii Sceva,
qui super illos, qui malos Spiritus habebant, incipiebant nomen
Domini Jesu nominare, dicentes: Ὁ υἱὸς τοῦ ἀρχοντος
ἐστιν οὗτος. Adjuramus vos per Jesum, quem
Paulus prædicat. I. Jesum quem Paulus prædicat super vos
invo-

invocamus, ut sua auctoritate vos ejiciat, & reluctantos vi ex-
trudat, & excruciet.

I X. Hinc in Ecclesiâ fuerunt Exorcista, qui super obsessos
Christi nomine invocato, Diabulos expellebant. Quod Speciale
DEI donum in Apostolis capit, Matth. 10. v. 1. Vbi dedit ei-
Christus auctoritatem adversus Spiritus immundos, ut ej- In Apol.
cerent eos. Et quod donum diutissimè in Ecclesiâ duravit et-
jam post D. Augustini tempora.

X. Meminit hujus doni Justinus Martyr qui tempore Anto-
nini Pij vixit, & Irenaus: Item Tertullianus, qui tempore Se-
veri, Eusebius, Cyprianus, Augustinus, Nazianzenus, &
plurimi alij. Sed de hisce Exorcistis, qui Diabulos, qui corpora-
liter homines obsederant, in veteri Ecclesiâ ejiciebant, nihil his
dicere nobis propositum est.

XI. Nam quod ad reliqua in Exorcismo verba attinet, quibus
impurus Spiritus exire jubetur, eadēm Phraſi, de solutâ obſeſſio-
ne Diaboli Spirituali, utitur Salvator noster, Matth. 12, v. 43.
cum ait: Καὶ ἦλθεν πνεῦμα ἐξέλθη ὃτὸ τὸ ἀνθρώπῳ.
Cum impurus Spiritus exierit ab homine. Quæ verba in-
telligi de illis, qui à Sathanâ captivi non corpore, sed ani-
mo tenebantur, vel Beza ibidem in annotationibus suis te-
ſtatur.

XII. Loquitur ibi Christus de obſeſſis à Diabolo non corpora-
liter, sed ſpiritualiter, quos Paulus vocat, εὐ τῷ τῷ Διαβό-
λῳ πειδή, ἐρχενδύος τοιούτων. In Diaboli laqueis,
(conſtitutos) quaſi vivi ab illo in vinculis detentisint. 2 Ti-
moth. 2. v. 26. Et Christus talem obſeſſionem intelligit, cum ait
ad diſcipulos ſuos, objurgans illos: Οὐκ ὅδατε ὡς πνεύματος
ἐστε ὑπεις. Nescitis, qualis Spiritus vos ſitis, Luca 9. v. 55. Vbi
intelligit interiorem Spiritus motum ab interiori mali Spiritus
& homicida, quo obſidebantur, adflatu proſectum.

XIII. Tali etiam adflatu ſpiritualiter agitat Babylon
magno

magna, quæ dicitur φυλακὴ πνεύματος πέντε ἀνθρώποις.
Custodia omnis Spiritus impuri. Apocalyp. 18. vers. 2.
Hunc Spiritum intelligit Paullus, cum ait, quod data sit
αἷς φύλακοις πνεύματων. Discretio Spirituum. 1. Co-
rinth. 12. vers. 9. Et Johannes cum ait. μη πάντα πέν-
τε φύλακες τισεύεται, αλλὰ δουμάλετε τὰ πνεύματα. Ne o-
mni Spiritui credite, sed probate Spiritus, num ex Deo
sint. Quinam, verò Spiritus quasi per examen proban-
di sint, mox addit: Τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, καὶ τὸ
πνεῦμα τῆς πλάνης. Spiritum veritatis, & Spiritum
erroris.

XIV. Hunc erroris & mendacij Diaboli spiritum omnes ho-
mines habent, qui sunt extra Christum: qui non credunt Iesum
esse Christum: Πᾶν πνεῦμα, οὐ μὴ ὄμολογετὸν Ιησοῦν Χριστὸν
οὐδὲν ἐλπιζότα, ἐν τῷ θεῷ τοῦτον εἶναι. Omnis spiritus, inquit Jo-
hannes, qui non confitetur Iesum Christum in carnem ve-
nisse, ex D E O non est.

XV. Tales autem sunt omnes, qui non ex D E O nati, vel
potius renati sunt, sed ex sangvine, aut libidine carnis, aut li-
bidine viri sunt geniti, id est omnes homines in mundum veni-
entes, qui non geniti sunt αὐτοῖς, hoc est, de integro, denuo, vel
de novo, id est, οὐδὲν πνεῦμα, ex aquâ & spiritu.
Ibid. v. 5. Id est, qui non credunt, & quos Spiritus sanctus per aquam Ba-
Ibid. v. 18. ptismi, & per incorruptibile D E I verbum manentis in æ-
i. Pet. i. 23. ternum non regeneravit.

De fide ad XVI. Dum enim sibi invicem vir mulierq; miscentur,
Petrum ut Prosper hæc interpretatur, ut liberos generent, sine libidine
Diaconum non est parentum concubitus. Ob hoc filiorum ex eo-
cap. 2. rum carne nascentium non potest sine peccato esse conce-
ptus. Et ibi peccatum in parvulos transmitit non propa-
gatio, sed libido. Unde beatus David, quamvis de legitimo
& justo conjugio natus, in quo nec infidelitatis culpa, nec
forni-

fornicationis macula poterat inveniri, propter origina-
le tamen peccatum, quo naturaliter obstricti sunt filii iræ,
non solum impiorum filij, sed omnes etiam, qui de justo-
rum sanctificata carne nascuntur, exclamat & dicit : Ecce *Psal.* 50.
in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me *v. 7.*
mater mea. Sanctus etiam Job dicit : Mundum à sorde *Iob 25. v. 4.*
non esse hominem, nec si unius diei sit vita ejus super ter-
ram. *Idem* *confirmat Augustinus, cum ait :* Homini libidi- De Ecclo-
ne pravâ, quæ cum generatione conjungitur, malum in-
fundit. *Etrursus Prossper :* Firmissimè tene & nullatenus
dubites, omnem hominem, qui per concubitum viri &
mulieris concipitur, cum peccato originali nasci, hoc est,
impietati subditum, mortiq; subjectum esse, & ob hoc
naturâ iræ filium nasci.

XVII. Ex hisce & multis alijs rectè pronunciare possumus
omnes homines naturaliter etiam ex sanctissimis parentibus
natos, esse filios iræ, hoc est irati Dei condemnatione aeternæ *Eph. 2, v. 3.*
mortis reos. Filios Diaboli, & ex Diabolo, quia faciunt pec- *I. Ioh. 3.*
catum, ex Diabolo inquam, qui peccat à principio. *Nam v. 10.*
ita inter se opponuntur filij Dei & filij Diaboli, quod hi peccato, *Ibid. v. 8.*
illi justitia dent operam.

XVIII. Imò vero omnes homines generatione naturale
natos dicimus cum Paullo, ὅτες γένεσις τοῖς παγκτύωσι τὴν *Ephe. 2, v. 1.*
τὰς ἀμερικας esse mortuos in offensis & peccatis suis.
In quibus peccatis omnes ambulant juxta vitam hujus
mundi juxta Principem, qui habet potestatem aëris. *Ni-*
mirus, qui est ille Spiritus τὸν νῦν ἐγεγόνεν ἐν τοῖς νικοῖς τῆς Δότ-
θίας. Qui nunc obsidendo agitat in filijs obedientiae. Quibus
Diaboli filijs spiritualiter à Diabolo obseisis & agitatis se etiam
adnumerat. D. Paulus ante conversionem. Addit autem :
Inter quos & nos omnes conversati sumus olim in cupi-
ditatibus carnis nostræ, &c. *ἡδὺ τέλος Φύος ἐγήνετο, ὡς*
ἡ οἰκουμένη. Eramus naturâ filij iræ. Naturâ id generatione
naturalitales nati.

B

Vlieb-

De Ecclo-
siasticis
dogm.

De Fide ad
Petrum
Diaconum
cap. 26.

XIX. Ubi observandum imprimis, quod impurum Diaboli
Spiritus dicitur ἐνεργεῖν, t. per obsessionem se movens, agitans &
operans in filijs inobedientia. Verbum enim ἐνεργέω significat
internā efficaciā insitā agito & impello. Hinc Herodes putabat

Matth. 14. Spiritum & virtutes Baptista insidere in Christo, & operari.

v. 2.

Marc. 6. Et Paulus ait, cum in carne fuerit, affectus peccatorum per
legem ἐνεργεῖν, agitasse in suis membris ad fructum ferendum
morti. Hinc ἐνεργεῖν, dicitur à Diabolo obsessus, à cuius

Rem. 7, v. 5. potentia intus operante & tumultuante obsessus impellitur, &
agitatur. Id quod Paulus per verbum ἐνεργεῖν notavit, indicans

Diabolum omnes homines à naturā filios ira natos, omnes per
verbum Dei, & lavacrum regenerationis virtute Spiritus san-
cti non de integro renatos, spiritualiter obsidere, agitare, impelle-
re, & pro suā obsessoris & incidentis vel ἐνεργεῖν libidine
tanquam sua mancipia ad quævis scelerā impellere & incitare.

X X. Patet ex hactenus demonstratis, Vocabulum Exor-
cismi, ut in sacrâ Baptismi actione usurpatum, in novo testa-
mento inveniri: Patet etiam omnes homines carnaliter & na-
turaliter post lapsum primi hominis generatos, filios ira, imò fi-
lios Diaboli esse, (in quantum scilicet in peccatis nascuntur) &
omnes spiritualiter à Diabolo obsessos esse: Patet deniq., quod.
cum spirituale Diaboli imperium in homine destruitur, immuni-
dus Spiritus vel Diabolus ex homine, vel ab homine exire dic-
tur. Quæ omnia ex novo testamento adductis exemplis supra
demonstravimus.

X I. Videbimus deinceps, quo consilio sancti in primâ Ec-
clesiā post Apostolorum tempora Patres, hæc exorcismi, qua su-
perius proposui, verba administrationi Baptismi addere vel præ-
mittere voluerint. Consilio profecto bono, imò optimo, nec even-
tu unquam incommodo & infelici apud illos, qui de Baptismo,
ejusq; immensa virtute, & divinâ efficaciâ in regenerandis fi-
lijs carnis, & ex illis filios Dei faciendis, pie senserunt, & recte
docuerunt.

Pronunc.

XXII. Pronunciat Salvator noster, quod oporteat omnes
perducere ad eum. h. e. à principio, de integrō, & de novo ge-
nerari: Et quod nisi quis ex aquā & Spiritu natus sit, non possit
ingredi in regnum Dei. Jam vero Baptismus est illud mīdiy-
specias λεπτον, η̄ ανακίνωσις πνεύματος αἵρεσ. Regene-
rationis lavacrum, & renovatio Spiritus sancti, Quo ba-
ptizati Christum induuntur; cum ipso sepiuntur, & susci-
tantur. Hoc est omnium ejus honorum, beneficiorum & merito-
rum per fidem participes evadunt. Per fidem, inquam, quam
Spiritus sanctus per verbum & sacramenta efficaciter operatur.
Vnde constat quanta & qualis virtutis & efficacia sit Baptis-
mus. Nimis, qui ut Divus Lutherus ait: Operatur remis-
sionem peccatorum, liberat à morte & à Diabolo, & donat aet-
ernam beatitudinem omnibus, verbo & promissione Christi de Ba-
ptismo credentibus.

Tit. 3. v. 5.
Gal 3, v. 27
Col. 2, v. 12
Rom. 6, 4.

XXIII. Volentes igitur Doctores prima Ecclesia indicare
per Baptismum à Christo institutum Diaboli in hominem impe-
rium destrui, & immanem illam & truculentam tyrannidem,
quā omnes per aquam & Spiritum non renatos, spiritualiter ob-
sessos pro suā libidine in omni generis scelera præcipitat, sic, ut
quidquid agant merum peccatum sit: Verba illa, quæ Exorcis-
mū, imposuit nomine vocant, actioni Baptismi præmisserunt, osten-
suri ex quam immanni & atroci servitute & tyrannide Diaboli,
homo per Baptismum sive lavacrum regenerationis &c. liberetur.

XXIV. Verba igitur illa idem significant, atq; si diceretur:
Hec Baptismi jam jam futura actio à Deo instituta est, ut per
illam tuum, Sathan, in hoc homine Spirituale imperium destrua-
tur. Adjuro ergo te sacro sancta trinitatis auctoritate, in cuius
nomine hunc hominem baptizo, ut scias nihil te amplius in hoc
homine habere juris, qui ab originali & omnibus suis peccatis
sanguine filij Dei, in hoc lavacro abluitur: & super te, Sathan,
ultorem & vindicem Deum adovo, nisi ab hoc homine, qui jam
ex filio ira filius DEI renascitur, facessis.

B 2

Note

XXV. Non potest autem Diaboli atrox in hominem fætia, & immanis truculentia magis declarari, quam in homine corporaliter a Diabolo obsesto, cuius imago videre est in illo homine, qui totâ legione & exercitu Diabolorum obsefus erat.

MAR. 5. v. 9 Hanc ergo Diaboli spiritualem immanitatis adversus hominem atrocitatem, & virtutem Baptismi ab illâ immanitate liberantis, ob oculos ponere volentes, idq; verbis paucissimis, ut baptismi actio postulat; compendiosius illud facere non potuerant, quam imagine desitâ à miseriâ hominis corporaliter a Diabolo obsefî.

XXVI. Ex consideratione autem corporalis obsessionis, que in multis quasi in sensus & oculos incurrit, evidenter procedere possumus ad considerationem obsessionis spiritualis, que eo est gravior, horribilior, atrocior & truculentior, quo anima exteris membris, & spiritus corpori præstat, & quasi in oculos incurret, suâ immanitate omnem humanam rationem & orationem superaret.

XXVII. Hisce ergo Exorcismi verbis ostendere voluerunt, tum misericordiam hominis non regeneratis qui ante regenerationem & ejus lavacrum, Baptismum, spiritualiter est in potestate Diaboli, à Sathanâ undig circumdatus & obsefus, ita ut quidquid agat, & optimâ etjam ejus coram mundo opera, sine fide, & mera peccata sint: tum etjam Baptismi immensam virtutem & efficaciam, que per baptismum in verbo ab hisce omnibus credentes liberat.

XXVIII. Hec autem verba, quibus de Baptismi efficacia instantes initio actionis Baptismi monere voluerunt, quod scilicet per Baptismum homo baptizatus ab horribili Diaboli jugo & servitute liberetur patrum astate, & nostro tempore oppugnari cœperunt, & nuper admodum oppugnari cœpta sunt editis thesibus sub alicujus auctoris nomine, qui dum vixit inter Theologos fuit primarius; Et qui, ut mihi quidem videtur, vel illarū auctor non est, aut si est, scripsit illas ut cum amicis privatim communicaret, non a publicâ disputatione cum multorum offendicula pro-

lo pro-

to proponeret. Neg. n. vivus vel edidit illas, vel ut post mortem
ederentur curavit. Certè nunquam permisisset illas ita publi-
cari, ut jam multa privata publicantur, exemplo inter bonos
hanc frequentato.

XXXIX. Contra quas Theses dum paucis agere constituo so-
lemniter initio protestor, nos verba illa exorcismi neantiquam ne-
cessariam aliquam Baptismi partem constituere, sine qua Ba-
ptismi actio plena & perfecta non sit, (illa enim verbis Christi,
& institutionis Baptismi in solidum absolvitur) sed utilem ba-
ptismi efficaciae & virtutis declarationem, quod baptismo Diabo-
li opera destruantur & peccata abluantur. Quo sensu etiam à
Dovo Luthero maturo consilio, verba illa sunt retenta.

XXXI. Protestor etiam Sanctorum Patrum in verba illa
exorcismi, ut vocant, & illorum verborum commendationem
incommodiora dicta (quasi in verbis illis virtus quedam sit Dia-
bolas fugandi) nobis fraudi esse non debere. Nempe quorum in
hanc sententiam minus commode dicta excusamus potius, quam
defendimus, eo quod sine adversarijs locuti sint, & quod illis de
virtute & efficacia Baptismi, & de hisce verbis, quibus illa de-
clarantur, nunquam lis mota fuerit, ut

XXXI. Sed & illud ultro concedimus, Ecclesiam illam li-
bertatem habere illa Exorcismi verba solemnia, quantumlibet
inde à primorum Patrum, paullo post Apostolorum tempora, &
ate, actioni Baptismi præmitti solita, omittendi, & abrogandi, se-
nimirum justæ & necessarie caussæ sint, & illud sine infirmio-
rum scandalo, & sine adversariorum hereticorum commodo &
subsidio tutò fieri possit.

XXXII. Principiò a. notandum est, hisce verbis initio non
litem fuisse motam, nisi ab illis, qui Sacraenta extenuant, &
virtutem & efficaciam Baptismi negant, & contendunt, vel in-
fantes non habere peccata, atq. ideo naturā filios ira non esse, ut
sunt Anabaptistæ: vel infantes, licet in originali peccato nati
sint, tamen proprie alienam fidem, quod ex fidelibus parenibus

nati sint, et iam ante & extra baptismum non esse extra DEI regnum, & sub Diaboli tyrannide.

X X X I I I. Unde patet litem nobis intendi non propter illa exorcismi verba, sed propter necessitatem & efficaciam sacrosancti Baptismi, quam necessitatem & efficaciam verba illa exorcismi explicant & declarant. Declarant, inquam, commonefactione piâ & utili, & quibus verbis nemo bonus, & de Sacramentis, eorumq; efficaciâ piè & rectè sentiens, inde à primis Ecclesiâ Christianâ patribus, usq; ad patrum nostrorum tempora, unquam offensus fuit, aut merito offendi potuit.

X X X I V. Baptismi ergo auctoritatem, necessitatem, & virtutem impugnare volentes, dolosè impugnarunt verba illa, quibus Baptismi efficacia piâ commonefactione præmissâ declaratur, quod nimurum per sacrosanctum illud lavacrum aquæ in verbo DEus pater propter filium, per Spiritum sanctum nos salvet mundet, regeneret, nosq; à potestate & tyrannide, hoc est, ab obfessione Diaboli spirituali liberatos absolvat.

X X X V. Ut autem ad pleraq; illarum Thesum respondeam, quibus auctor quicunq; sit, verba exorcismi, quæ & in sacris litteris fundata, & tot seculis à patribus administrationi Baptismi piæ commonefactionis loco præmissa & usurpata sunt, ab actione Baptismi proscribere conatur: Principio thesi 6. vocabulo Exorcismi invidiam facere conatur, tanquam dux Phœnix, & male ominato, quod Exorcismus Germanicè significer Teuffelsbeschwerung. Facit autem non salis peritu. Significat enim in propriâ significatione adjurationem, quâ invocato DEi nomine, auxilio, et vindictâ aliquid imperatur. Ut ex superiorius è novo testamento adductis exemplis patet, & plurimis ex Gracis profanis auctoribus exemplis ulterius ostendi poterat.

X X X V I. In hac propriâ suâ significatione & operis modo postea usurpabatur, quando DEI nomine invocato Diaboli ab illis, quos corporaliter obsidebant, expellebantur, ab Exorcistis. De qua

quâ Exorcismi & Exorcistarum speciali usurpatione, quæ theſi
6.7. & 8. dicit, huc non pertinent. Quæ autem Theſi 8. ex 1.
Theſi 5. v. 27. allegat, ſi rectius perpendiſſet, didiciſſet utiq; ḥę-
niſſiv non significare expulſionem Diaboli, ut vult theſi 6. ſed
adjurationem & imperium per DEI auctoritatem. Ut enim
verbum expellere ſignificat in geere aliquid ejicere, non in ſpecie
Diabolam ejicere. Ita verbum ejurare ſignificat propriè in Dei
nomine, aliquid precipere, nō in ſpecie Diabolo exitum imperare.

X X X V I I. *Vocabulum igitur Exorcismi usurpamus in
Baptismo non in ſpeciali usurpatione, quâ Diaboli corporaliter
obſidentis expulſio imperatur; Sed in primâ generali, & pro-
priâ ſignificatione, quâ ſignificat ejurationem quæ fit per ḥę-
niov, jurejurando quaſi invocato Dei nomine, quâ Dei potentiam
& auctoritatem, qui Baptiſmum iſtituit, Diabolo indicamus,
imperium ejus in hominem jam baptizandum jam deſtructum
eſſe, jam hominem illum non amplius ſub potestate Diaboli eſſe,
ſed eſſe filium Dei, & in Baptiſmo Christi ſanguine ablui ab
omnibus peccatis, illamq; in regnum Dei ex regno Diaboli adop-
tionem hāc baptiſmi administratione exhiberi, ratam fieri, &
obſignari.*

X X X V I I I. *Que de verbis Exorcismi, & verborum illo-
rum explicatione theſi 10. & 11. inquit, illis nos contra dicimus
non explicationem ſolum verborum, ſed ipſa etiam verba ſana
eſſe, nec aliena (ut ille vult) ſed ſacrae scripture per omnia con-
fona. Et de verbis Exorcismi in Ecclesijs vñcaiv Lutherano-
rum eadem omnium eſt ſententia, eātenus verba illa neceſſaria
eſſe, quatenus utilem commonefactionem & declarationem con-
tinēt, de neceſſitate & efficaciā Baptiſmi, cuius Baptiſmi in ver-
bo ſpiritualē virtutem Diaboli imperium & opera deſtruendi
paucifimma illa verba plenē & perſpicuē explicant & declarant.*

X X X I X. *Dicimus ergo ſubſtantiam, integritatē & effi-
caciā Baptiſmi ſibi conſtare verbis institutionis Christi, & ad
Baptiſmi integritatē nequaquam illa verba Exorcismi neceſ-
ſaria*

*Matth. xl.
v. 19.*

faria esse: Utile tamen esse, ut per verba Exorcismi, vel alia sa-
cra scripture verba, declaratio & commonefactio de efficacia &
virtute Baptismi, præmittatur. Qualem commonefactionem
cum per verba Exorcismi sacris litteris consona, in Ecclesiâ à
majoribus acceperimus, jure illam retinemus.

X L. Quæ exempla thesibus 14. & 15. profert, de supersti-
tione simplicium hominum, qui exorcismi verba de substantia
Baptismi, & necessaria esse crediderint; nihil faciunt ad rem.
Prava enim & falsa de re bonâ & utili opinio, ipsi rei bona &
utili fraudi esse non debet. Addo etiam, quod hujus superstitionis
& scandali in simplicibus illi auctores fuerint, qui exorcismum,
rem medium & indifferentem sine justâ causâ abrogarunt.

X L I. Quæ thesi 16. de motibus à promiscuâ plebe ob abro-
gatum Exorcismum excitatis memorat; contra seipsum adducit
thesum auctor. Hinc enim discere debebat, in rebus medijs ni-
hil innovandum esse, omnemq; talem mutationem scandalosam
pariter & periculosam esse.

X L I I. Quæ thesi 17. & 18. ait, illa non satis candidè pri-
marijs nostris Theologis adfingit: Norunt enim illi verbis exor-
cismi non infantem ad Baptismum preparari, & quasi idoneum
& dignum Baptismo reddi, sed susceptores & adstantes de im-
mensâ efficacia & necessitate Baptismi piè, utiliter, & salubri-
ter admoneri, & quasi præmoneri.

X L I I I. Illa verò, quæ Thesibus 20. & sequentibus aliquot
ex Patribus citat, de illis superius protestati sumus, nos, si que
incommodiūs ab illis dicta sint, illorum culpæ penam imme-
rito luere. Non diffitemur enim illorum verba ita sonare multis
in locis, quasi virtutem aliquam Diabolum fugandi verbis exor-
cismi peculiariter attribuerint.

X L I V. Talia autem minus commode dicta illis Patribus
excidisse, qua postea oriū Hæretici, vel pro se citare, vel repre-
hendere potuerint, minimè mirum. Illis enim temporibus, quibus
vivebant, de Exorcismi verbis nondum ulla dica illis scripta
erat.

erat. Vnde factum est, ut sine adversariis liberius & incommodius locuti multa sint.

XLV. Quod si illo tempore hac controversia fuisset mota, uno ore omnes se declarassent; Se non Exorcismi verbis præmissis, sed ipsi Baptismo sequenti, & in illo DEI institutioni & verbo efficaci, virtutem & efficaciam Diabolo ab homine jam regenerato fugandi attribuere.

XLVI. Debemus a. patrum pudenda non prodere sed teger, & incommode dicta commoda explicatione excusare. Quorum neminem judico fuisse tam vecordem, ut verbis illis Exorcismi ab Ecclesiâ administrationi Baptismi declarationis ergo præmissis, efficaciam illam tribuerit, quæ debetur ipsi DEO & Baptismo in verbo à Deo instituto, quo Deus hominē salvat, munit, & regenerat, hoc est, ex Diaboli laqueis solutum liberat.

XLVII. Verba igitur Exorcismi nullam virtutem & efficaciam habent, sed respiciunt ad virtutem & vigorem sequentis Baptismi, quām piè & utiliter explicant & declarant, & ostendunt, quām immensa bona à Baptismo sequenti expectanda sint.

XLIX. Quomodo verò patrum illa dicta, quibus exorcismi virtutem commendare videntur intelligenda sint, explicabit ipse Patrum Antesignanus & Coryphaeus Augustinus, qui unus pro omnibus omnium instar respondebit loco illo à The-sium auctore thesi 21. citato. Habentur verba illa Tom. 7. ad Valerium de nuptijs & concupiscentiâ lib. 1. cap. 20. Deus eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij claritatis suæ. Ab hac igitur potestate tenebrarum, quarum Diabolus princeps est, id est, à potestate Diaboli & angelorum ejus eruuntur parvuli cum baptizantur. Et mox: In veritati igitur non in falsitate potestas Diabolica exorcizatur in parvulis. Et mox: Quid ergo est in eis per quod in potestate Diaboli teneantur, do-

C

nec

nec eruantur inde per Sacramentum Baptismatis Christi?
Quid est, nisi peccatum? Hac ille.

XLIX. In hoc dicto initio dicitur erui parvulos è potestate tenebrarum dum baptizantur. Postea ait potestatem Diabolicam exorcizari in parvulis. Deniq; rursus ait, parvulos erui è potestate Diaboli per Sacramentum Baptismatis à Christo institui. Patet ergo, quod virtutem Diabolum exorcizandi, Exorcismo tribuat; in quantum Exorcismus respicit Sacramentum Baptismatis Christi.

L. Intelligit ergo D. Augustinus & reliqui patres, per Exorcismi verba, nihil aliud, quam verba institutionis Christi. Cum enim dicit DEI minister: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Perinde est ac si diceret: Ego auctoritate & potestate sacrosanctæ Trinitatis abluo te peccatorem Christi sanguine ab omnibus peccatis & Diaboli operibus, teg, in priorem imaginem Dei, quam per lapsum Adami, in quo peccasti, exueras, reformato & renovo, teg, absolvō & libero à potestate Diaboli, & Diabolum, una cum ejus operibus, à te facesse jubeo.

L I. Propriè ergo & verè loquendo verba illa Christi Baptizo te in nomine Patris: sunt verba Exorcismi, quibus tantam virtutem sancti Patres rectè attribuerunt. Quibus potenter & efficaciter invocato nomine & auctoritate Sacrosanctæ trinitatis Diabolus & opera Diaboli peccata facessere jubentur. Ezequiel enim significat invocatā & adhibitā DEI auctoritate jubere.

L II. Exorcismus ergo administrationi Baptismi declaratio-
nis & commonefactionis causâ premissus respicit ad verba Christi, in quibus radicatur & fundatur, nihilq; aliud significat, quam Spirituale Diaboli imperium actione Baptismi in verbo jam jam instituendi, destruis hominemq; qui ante sub potestate Diaboli erat, per verba Christi auctoritate & nomine Dei à Dia-

Dia-

Diaboli servitute potenter erui. *Tum enim demum Diabolus
verè & propriè expellitur, cum homines, quos Diabolus per pec-
catum horribiliter ad suam imaginem deformavit, reformantur
& renovantur, non in corpore, sed in spiritu & mente. Et sic
omnes fideles Dei ministri ab hominibus spiritualiter obsessis &
circumcessis Diabolum expellunt per verbum & Sacra mentia, à
Deo & Christo ejus instituta.*

LIII. *Hac declaratione omnia illa, quæ à thesi 21. usq; ad
36. prolixè è patribus citantur, expediri possunt. Vbi interim
Optati Milevitani & Isidori à D. Colero citata, nec satis commo-
dè, nec satis distinctè dicta, non defendimus: quibus dicunt oport-
ere ante salutare lavacrum immundum spiritum ab homine
separari, ut sic homo à Diabolo relictus securiter ad Baptismum
venire possit. Cum homo non nisi virtute verborum Christi, &
ipso Baptismo ad id à Christo instituto, à potestate Sathanæ li-
beretur.*

LIV. *Patet autem è superioribus locis Patres illos à primo
Ecclesia instituto, & consilio paullum deflexisse, quo verba
exorcismi voluerunt præmittere, ut illis efficaciam Baptismi de-
clararent. Neq; enim expulsio Diaboli spiritualis, quæ per ver-
ba exorcismi tantummodo declaratur, separari debet ab emun-
datione peccatorum in Baptismo. Vtrumq; enim unum & idem
est, & utrumq; unum Baptisma in verbo operatur.*

LV. *Quidquid ergo à Patribus visum est tribui exorcis-
mo, non exorcismo tribui debet, sed baptismo, & virtuti verbo-
rum Christi, ad quam exorcismus respicit, & digitum inten-
dit. Et in hoc respectu, & hanc consideratione ipse Baptismus
rectè dicitur, & est Exorcismus, hoc est mandatum, quo in Dei
nomine est auctoritate peccata abluntur, hoc est, Diabolus
cum operibus suis expellitur & profligatur.*

LVI. *Quæ ergo à thesi 30. usq; ad 36. dicuntur, quæ opinio-
nem pravam illorum oppugnat, qui Exorcismum à Baptismo*

C 2 quasi

quasi separant, illigq; peculiarem virtutem attribuunt, nihil contra nos. Quod vero thesi 38. addit Exorcismi verba obsessionem corporalem indigetare coram imperitis: Respondeo neminem adeo imperitum esse, qui putet infantem corporaliter à Diabolo obsessum esse. Sed neg, quisquam adeo imperitus est, qui ignoreti Diaboli spiritualem in non renatos obsessionem & potentiam, corporali obsessioni tanto atrociorum & horribiliorum esse, quanto prestat anima corpori, & mens ac spiritus externis corporis membris. Et hanc spiritualem obsessionem verba exorcismo indigent.

LVII. Corporalis enim Diaboli obsessio corpus tantum agitat, membra torquet, & varie adfligit, non tamen corrumpit aut perdit: quin etiam sepe tantum per intervalla hominem infestat. At spiritualis Diaboli in filios suos non renatos imperium & potentia, imò atroc crudelitas major est, quam vel humana ratio adsequi, vel oratio eloqui possit. Nimirum qua totum hominis animum & mentem ita corrupit, ut nihil in eo sanum sit, & homo abominabilis Diaboli larva sit, quæsi in oculos incurreret, nihil formidabilius & horribilius videretur. Hæc Diaboli larva in Baptismo aboletur, ablutis per sanguinem Jesu Christi peccatis. Et qui talem spiritualem in quovis non renato homine obsessionem, etiam in sanctissimorum liberis non concedit, ille Baptismi efficaciam annihilat, & in sanguinem filij Dei injurius & blasphemus est.

LVIII. Quod ad thesin 38. & 39. attinet, ostendimus supra Exorcismi non verba solum, sed & sensum expresse in novo testamento extare. Expulsionem autem Diaboli spiritualem propriè esse in verbis Baptismi, Ego te Bapizo, &c. Qui Baptismi sensus & significatio verbis exorcismi planè & plenè declaratur. Et hanc sententiam & declarationem nostram thesi 40. satis commodè exprimit. Nec verò quod in sequentibus thesibus dicit, hæc glossa obscura & violenta est. Cum nihil placuisse

nus & expeditius dici & intelligi posse, quam verbis illis Christi: Ego baptizo te, &c. significari: Ego auctoritate DEI sanguine filij Dei emundo te a Diabolo, & omnibus Diaboli & peribus, sive peccatis.

LIX. Thesi 43. & plurimis sequentibus nos non tangimus, qui dicimus Exorcismi verba utilem & piam declarationem esse virtutis & efficacia Baptismi. In quo Diaboli spirituale in hominem baptizandum imperium, non astantium precibus, (qua & ipsa tamen pia & salutares sunt) sed mandato & auctoritate, & verbo Dei (qui se in verbo suo ad sacramenta sua alligavit) destruitur, & aboletur? Illud tantum addo, a primâ Ecclesiâ ante ullam depravationem Papisticam institutum esse exorcismum, gravissimo iudicio & consilio, neg. illi tales ineptias, aut verius stoliditatem imputari debere, qualis paucum à Cinglianis, & Anabaptistis illi adfingitur.

LX. Thesi 46. & sequentibus, quasdam precum formulas per verbum adjurandi, & Exorcizandi proponit. Dixi autem supra verbum Exorcizandi ad Diaboli corporaliter obscientis profligationem mordicus non debere trahi. Significat enim DEI nomine aliquid præcipere, ut supra ostendi. Præterea quis neget illud homini Christiano, quod Deus in verbo suo omnibus in Christum credentibus indulget. Certè Christianus fiduciâ meriti Christi, cuius sanguine in Baptismo ablutus est, potest Diabolo insultare & dicere: Tibi, Diabole, auctoritate DEI, cuius filius sum, impero, ne vel tantillum mihi noceas? Hisce enim verbis nihil aliud exprimeretur, quam nemini nos filiorum DEI, quâ DEI patris sui fiduciâ animosi, Diaboli hostis sui rabiem & furorem contemnunt.

LXI. Quæ ergo in illis precum formulis in verbum ejrandi & Exorcizandi dicuntur, non adversus nos, sed primos Ecclesia patres dicuntur, qui pio instituto & gravi consilio verba & sensum exorcismi ex verbis institutionis & no-

C 3 vo Te-

re testamento desumserunt, & quibus tot saculis nemo offensus fuit, nisi illi nostrâ etate, qui non tam Exorcismum, quam efficaciam baptismi, quæ Exorcismo declaratur, & Sacramentorum, oppugnant.

LXII. Ad thesin 15. Respondemus Exorcismi sententiam & verba in verbis Baptismi & alibi extare, ut supra ostendimus. Ad 52. Non homines, sed DEum verbis Baptismi, (qua Exorcismus indiget) Sathanam increpare, & à filio suo, quem in Baptismo recepit, longè profligari. Ad 53. Nos Dei nomen in vanum non assumere in Exorcismo, quando efficaciam verborum Baptismi declaramus, idq; ipsi's Christi & scriptura verbis, quæ dñi de uulnere superius ostendi verbis Baptismi explicandis & declarandis recte & utiliter adhiberi.

LXIII. Ad 56. respondemus, solemnitates & gestus illos utiliter præmitti, ut efficacia Baptismi declaretur. Signum etjam crucis piâ devotione adhibitum fuisse, ut declaretur in arâ crucis sanguinem Iesu Christi effusum esse, qui in Baptismo emundat nos à peccato & Diabolo. Quid autem planius & perspicuè magis dici potest? Ut demirer certè quosdam de obscuritate verborum Exorcismi quiritari, quem inde à primâ Ecclesiâ tot saculis omnes recte intelligere potuerunt, quamvis inter posteriores patres non desint, qui minus commode & distincte de illo locuti fuerint: Eo quod illâ etate de verbis illis abrogandis nondum ulla lis fuisset orta.

LXIV. Thesis 61. Exorcismi usum recte ostendit. Ajo vero illam declarationem, quam thesis sequenti exigit, pleniùs & planius fieri non potuisse, quam formulâ illâ verborum exorcismi, quæ ex ipsis Christi & ejus Apostolorum verbis & sententijs petitâ est, idq; sine ullo conscientiae scrupulo, sine ullâ superstitionis ansâ, sine ullo etjam periculo. Quorum si quidquam est, illis imputari debet, qui verba Exorcismi calumniosè traducunt, & sine ullâ justâ causâ abrogari postulant, quod gravissimis de causis à

sis à primis Ecclesiæ doctoribus utiliter institutum est, & ad nos pervenit, nec unquam initio calumnijs petitum est, nisi ab illis, qui de ipso Baptismi sacramento minus recte sentiunt.

L XV. Allegat thesi 64. auctoritatem Chemnitij; qui rectissimè judicat Ecclesiæ libertatem, ad illa Exorcismi verba non loc. com. alligata esse, &c. Atqui, addenda etiam erant, quæ proximè de Baptismo apud Chemnitium sequuntur? Utile nimurum esse, ut de pec-^{simo} subficto originis, de potestate & regno Sathanæ, & efficaciâ nem, & peccati Baptismi, in actione Baptismi commonefactio fiat, sive nult. per Exorcismum, sive alijs verbis. Idq; propter Sacramentariorum corruptelas, & propter astantes. Addit postea. Qui usum exorcismi habent, qui à vetustissimis Ecclesiæ temporibus usitatis fuit, & gravi commonefactio- ne ob oculos ponit (sicut Lutherus in actionis Baptismi præfatione scribit) misericordiam infantis, potestatem Sathanæ, & gratiam Dei, potenter per Baptismum liberantis infantes ex regno & potestate tenebrarum: non sunt dannandi, modo non peculiarem vim & efficaciam Exorcismo praeter Baptismum tribuant. Novimus a. in Ecclesijs nostris Exorcismum sine Baptismo nihil esse, quippe cuius est utilis & pia declaratio. Addit postea: Quod quidam prætendunt verba sonare, ac si infantes obsessi essent. Scimus sanè Dei beneficio, infantes non esse corporaliter obsessos. Scimus autem vicissim ex verbo DEI, multò tristius & periculosius esse, quod propter peccatum regni celorum extorres spiritualiter captivi detinentur sub regno & potestate tenebrarum, unde nullius creaturæ potentia eripi possunt. Sed Deus pater divinâ sua potentia propter filium per Spiritum sanctum in Baptismo illos liberat. Non igitur sine gravi causa, & antiquitus receptus, & à Lutero rectitus fuit Exorcismus. Si tamen Ecclesiæ ea, de quâ dixi libertas relinquatur, Hac D. Chemnitius.

Hinc

L XVI. Hinc patet, quæ Chemnitij de Exorcismo fuerit sententia, nempe declarationem & commonefactionem de efficacia Baptismi esse utilem, & non sine gravi causa antiquitus receptam, & in Ecclesijs retineri. Ita tamen, ut sciatur de substantia Baptismi non esse, & Ecclesia liberum esse pro verbis exorcismi, alijs verbis idem declarare. Quod si judicasset utile fuisse verba illa Exorcismi abrogare, cur ipse Brunsuvigæ non abrogavit, cui auctoritas certè non defuerit?

L XVII. Quæ thes 65. & pluribus sequentibus proponit, cum judicio D. Chemnitij, videntur pugnare. In Ecclesijs vere Lutheranorum inter illos qui Exorcismum habent & non habent, non est controversia. Aut si qua, illa levius, nec tanti est, ut propter illam infirmi offendit, & periculum Ecclesie tranquillitati creari debeat, idq; in adversariorum gratiam, à quibus hac olim agitata sunt, & qui à rebus hujusmodi medijs ab Exorcismi abrogatione, & fractione panis, imaginum abolitione &c. Tragedias suas semper auspicari consueverunt. Quas enim commoditates ex abrogatione Exorcismi pollicetur thesibus 68. & 69. illas si quis cum incommodis, scandalis, imo tumultibus & periculis ex abrogatione Exorcismi certò orituris contenderit, satius opinor judicabit, nihil hanc in parte novi sine justâ causâ tentare.

L XIX. Cum ergo Exorcismus res media sit, ut ille, ubi defuit non debet restitu: ita ubi adhuc viget, non debet aboleri. Vtrumq; enim pariter cum infirmorum scando conjunctum est.

LXIX. Quæ thesi 70. ex Heshusio citat in laudem simplicitatis Apostolicæ, illa commendant exorcismum, qui est simplex, plena & plana commonefactio de efficacia Baptismi, ut supra ostendimus.

L XX. Ad theses 71. & 72. quod attinet, dicimus declarationem efficacia Baptismi, sive per Exorcismi verba, quæ ex sa-

cri

cris litteris petita sunt, sive per alia verba fiat, doctrinam esse E-vangelij, in Ecclesia utilem pariter & salutarem. Quod enim exorcismum dicit humanam traditionem perniciemus, nisi traditionem accipiamus etiam de illis, quae Deus in scripturâ nobis tradidit. Ostendimus supra Deum in verbo suo nobis tradidisse in Baptismo spirituale Diaboli regnum destrui. Et hoc declarat Exorcismus Baptismo premissus. Nosq; cum pro Exorcismi verbis contendimus, contendimus propriè pro adserendâ efficaciâ Baptismi, quam pleriq; omnes inter adversarios, qui Exorcismum abrogatum cupiunt, per exorcismi quasi latus fodiunt.

LXXI. Ad 73. & sequentes respondeo, rectè in verbo DEI informatos, Exorcismo minimè offendit; male vero informatos, non Exorcismo solum, sed & multis alijs, & plerisq; omnibus offendit. Neg, vero debere ob malorum offendiculum, & superstitionem bono consilio & rectè instituta abrogari. Quod si de verbis lis foret, non negarem alia verborum formulâ eadem dici posse. Sed cum de efficaciâ Baptismi lis propriè sit, & exorcismi verba illam plenissimè & brevissimè declarant, quidni illa retineremus?

LXXII. Quæ thesi 76. dicuntur pleriq; valde infirma sunt. Christus enim cum instituit Baptismi verba, instituit & verba Exorcismi. Nam in verbis illis, Ego Baptizo te, &c. continetur sententia Exorcismi. Ego auctoritate Dei edico Diabolo, & omnibus ejus operibus ut à te facessant. Quæ ibidem de superstitione repetit, illam dico non per Exorcismi verba animis hominum institam, sed per illorum calumnias, qui rem bonam & simplicem traducunt, & nodum in scripo querunt.

LXXIII. Thesi 77. fatetur Exorcismum initio institutum esse bono consilio, sed eventu parum felici. Respondeo illum eventum parum felicem nunquam in Ecclesiâ prius notatum esse, quam patrum nostrorum tempore in hereticis, qui Christi Sacraenta suâ efficaciâ spoliant. An vero in hereticorum gratiam bene instituta abroganda sint, utili tanquam victores venenum suum latius spargere possint, illud ne queri quidem debet.

D

Quæ

LXXIV. Quæ thesi 78. & sequentibus ex Patribus Papis-
mojam vicinis citantur, nihil nos tangunt. Nos aestimamus verè &
propriè quid Exorcismus significet, non quid male & falso de ipso
alij opinati sint. Nec tamen illum est dubium, quod si illorum
estate lis hæc mota, & illi interrogati fuissent, anne vim quan-
dam peculiarem extra Baptismum fugandi Diabolum exorcismo
tribuerent, uno ore responsuri cum D. Augustino fuissent; sacra-
mento Baptismatis Diaboli imperium destrui, & hoc illum Exor-
cismum esse, quo Diabolus & omnia ejus opera longè & latè pro-
fligantur.

LXXV. Interim non inficias imus, plurima in sanctorum
Patrum de Exorcismo minus commodè, distinctè & aptè dicta
inveniri, qua non defendimus, sed dicimus, patribus immensam
regenerandi & à potestate Diaboli liberandi efficaciam Baptismo
tribuentibus ea excidisse, eo quod Anabaptistas, Sacrametarios, &
alios adversarios non habuerint, exorcismi verba calumniantes,
quorum respectu cautius, aptius, commodius. & distinctius lo-
querentur. Nempe Exorcismi verba ab ipso Baptismo vigorem
suum habere: Imò ipsum Baptismum illum Exorcismum esse,
quo Potestas Sathanæ aboleatur. Et hoc ad thesin 86. & 87. (in
quibus mendum aliquod Typographi) & plerasque præcedentes re-
sponsum sufficiat.

LXXVI. Ad exsufflationis ritum quod spectat; & illum
non minus bono consilio adhibuerunt, volentes indicare & ipso
Baptismi efficaciam, quod in illo homine, in quo per Baptismum
impuri Spiritus Diaboli potestas jam destructa esset, jam Spiritus
sanctus deberet vigere. Respxerunt autem ad factum Christi,
Joh. 20, v. 22. ubi adflavit discipulos suos; & dixit: Accipite
Spiritum S. De quo insufflandi ritu, cum apud plerosque deserit,
non contendimus. Illud tantum dico, nego Exorcizandi nego in-
sufflandi ritum unquam cuiquam de Baptismo ejusque efficacia re-
ctè sentienti offendiculo fuisse, vel offendiculo eijam esse posse.

LXXVII. Quæ de superstitione thesi 88. & tribus sequenti-
bus

bus ait, nobis non dicuntur. In nostro Baptismo non solum apud doctos, sed etiam plebejos omnis supersticio, per DEI gratiam, exsulat. Qui novimus, fugare immundum Spiritum & donare Spiritum sanctum, non illius Exorcizandi aut insufflandi ritus munus esse, sed ipsius Baptismi à Christo instituti, cuius ipse adflatus & Exorcismus utiles & pie declarationes fuerunt.

LXXVIII. Nihil ergo contra nos, quae de superstitione & perversâ opinione dicit: Nisi forte perversa opinio & superstitione sit credere & statuere, quod illi qui in Baptismo Christum induerunt, à potestate Diaboli sint liberati, & Spiritu Dei regi, & in vita novitate ambulare debeant. Nempe hæc doctrina & institutio non est hominum mandatum, sed plantatio, quem pater cœlestis per unigenitum filium suum ipse plantavit.

LXXIX. Que thesi 92. & 93. dicit, Christum suum verbum prædicari, & in Dei nomine Baptizari, nullibi autem exorcismum præcepisse, aut Sathanam ejurares respondemus, Deum ipsum in Baptismo suo Sathanam ejurare, & ejus imperium destruere. Ceremonia enim illa exorcismi declaratio tantum Baptismi est, nec alio quam ad Baptismum referri debet. Quod enim thesi 96. se de Exorcismo p̄n̄t̄s & distinctè querere afferit, & conatur illum à Baptismo avellere, tanquam ejus declaratio non sit, sed peculiare aliquod hominum commentum, quo Diabolum abigant, non concedimus. Cujus enim furoris esset humana auctoritate sine verbo Dei tale quid tentare, quale primis Ecclesiæ patribus, qui bono consilio declarationem hanc præmittere voluerunt, nunquam in mentem venit.

LXXX. Declarat ergo exorcismus, quid Deus in Baptismo efficaciter operetur: Ut thesum auctor rectè in thesi 97. agnoscit. Quod autem illum declarationem obscuram esse dicit, equidem demiror, cum nihil planius & simplicius dici possit, quam Baptismo Diabolum una cum operibus suis ab homine profligari: Hoc enim denotat Exorcismus.

LXXXI. Quod thesi 98. & 99. ait Ceremoniam hanc non
D 2 adifi-

adificare sed destruere: Respondeo illam tot saculis in Ecclesiâ nihil destruxisse. Sed ne nunc quidem apud recte sentientes quidquam destruere, nisi per eos, qui sine illâ datâ causâ illam columnando cavillantur, & revera eò ipso hoc agunt, ut Sacramentum suâ virtute & efficaciâ privent.

LXXXII. Thesis 100. Divum Lutherum citat, & assertum illum propter adsuetudinem & forte propter infirmos ceremoniam illam aliquamdiu tolerandam judicasse. Recte. Ergo & nos horum infirmorum, & adsuetudinis minimè improbandæ rationem habere debemus? At v. Divus Lutherus in præfatione actionis Baptismi longè aliter loquitur. Inter alia: Ecclesia Christiana firmis & indubitatis verbis coram DEo confitetur: Puerum esse à Diabolo (spiritualiter scilicet) obfessum, hoc est, filium esse peccati & iræ Dei. His verbis ad Exorcismum respicit, quo omnia hac planè & plenè declarantur.

LXXXIII. Quæ thesibus sequentibus de superstitione & perversis opinionibus repetit, jam ante refutata sunt. Nulla talia ex DEI gratiâ, in nostris Ecclesijs notantur, qui omnes pariter novimus Exorcismum gravi & utili commonefactione ab oculis ponere miseriam infantis, & potentiam Diaboli in illum, à quo infantem potenter per Baptismum gratia Dei liberat. Quemadmodum doctrina de Baptismo & verbo Dei hoc ostendit, quam in totâ hac disputatione recte presupponimus.

LXXXIV. Quæ thesis 108. & 109. contendit, nostros homines 80. annis circa Exorcismi, rei Adiaphora, usum nondum recte institutos & informatos esse, minimè concedimus. Plerique enim, etiam plebeij, ita sumus informati, ut sciamus: Exorcismum declarare virtutem Baptismi, quo Diabolus, & Diaboli opera destruuntur.

LXXXV. Quæ thesis 110. Ex Luthero citat, de traditionibus humanis nullo DEI verbo nixis recte dicuntur. Verba autem exorcismi non hominum, sed DEI Baptismum instituentis sunt sententia & verba. Deus enim per sua Baptismi verba ζόγχιδ
Satha-

Sathanam, id est divina & omnipotenti sua auctoritate jubet
Diabolum & Diaboli opera facessere.

LXXXVI. Thesis III. & sequentibus rectius diceretur, eos
demum exorcismo offendit, qui non credunt Baptismum illam ef-
ficaciam habere, qualem verba Exorcismi ostendunt & decla-
rant. Nos recte de efficacia Baptismi sentimus, & ob id Exorcis-
mi verbis non offendimur. De quo sicubi sancti patres, &
Theologi minus recte opinati sunt, ipsi exorcismo, commone-
factioni de efficacia Baptismi salutari & utili, fraudi esse mini-
mè debet.

LXXXVII. Quid nostram hanc Exorcismi explicatio-
nem sanam quidem concedit thesis 114. sed ait esse novam pere-
grinam & coactam; ad id supra respondimus. Quid enim fami-
liarius, simplicius, & planius dici potest Exorcismi verbis, qui-
bus dicitur, Sacramento Baptismi Diaboli potestatem destrui.
Hæc enim significant verba Exorcismi, quibus dicitur, Exiim-
pure Spiritus, 1. hoc baptismate tu, & opera tua abolentur in
hoc homine. Hæc enim ex formula verborum Exorcismi, non
tam eruuntur, neg, etiam in eâ intruduntur, sed luce meridia-
nâ clarius in illâ conspicuntur, & ab omnibus intelliguntur, ut
mirer, cur declarationem hanc negotiosissimam dicere volue-
rit, thesis 116.

LXXXVIII. Que in nobilissimis quibusdam Ecclesijs, ob
Exorcismum abrogatum commendat, illis respondemus: Si tempore
Evangelij renascentis hæc res media, de quâ Ecclesia sua liber-
tas constat, ubiq abrogata, & alia commonefactio idem decla-
rans, ex verbo Dei in locum Exorcismi substituta fuisse: nos re-
cte illam retinuisse, & restitutione Exorcismi abrogati nihil novi
moliri debuisse. Hoc vero Ecclesia statu, ubi cum adversarij
nobis res est, qui paſim abrogato prius exorcismo in nostras Eccle-
sias irrumpere, & pedem figere conantur, & qui quod in Exor-
cismo reprehendunt & accusant, revera in Baptismo accusant,
pia & utilis illa Exorcismi commonefactio abrogari non debet.

Sed neg_o, potest sine multorum offendiculo, sine Ecclesiarum nostrarum periculo, sine populi motu, & sine aduersariorum baptisni & sacramentorum hostium insultu & triumpho.

LXXXIX. In thesi 117, Postulat aliam formam magis disertam & perspicuum, Cum tamen usitatâ hac Exorcismi formulâ disertum & perspicuum magis dici nequeat, Age enim formetur alia forma talis: Administratione Iesu à Christo institute Baptismi liberatur hic infans miserimus, qui in peccatis & regno Diaboli conceptus & natus est, à potestate Diaboli, à quo spiritualiter circumcessus est, & sit filius Dei, quem Spiritus Dei imposterum reget, & in omnem veritatem ducet, &c. Age quid hinc verbis dicitur, quod omne & universum ex octo aut novem Exorcismi verbis plenè & perspicue dictum non intelligatur? Nimirum ut recte dicit thesi 118. De Exorcismo Ecclesia tranquillitas nunquam turbata fuisset, si fuisset aut absq_{ue} inquietis & turbulentis hominibus, qui ventos in tranquillo mari concitant, vel sine hereticis qui per Exorcismum virtutem Baptismi dolose oppugnarent.

X C. Ad 119 & sequentes duas jam ante saepius responsum. Superstitiones & pravas opiniones de Exorcismo apud nos, per DEI gratiam, nullas agnoscimus. Nemo nostrum commendat Exorcismum tanquam à Baptismo separatum, sed per Exorcismum commendamus necessitatem, & efficaciam immensam Baptismi, quo uno & solo obsidens hominem Diabolus propulsatur.

XCI. In fine ultimis separam thesibus ad signum sanctæ crucis à rite & ceremoniâ Baptismo præmissâ, abolendum se convertit. Atqui cum populariter superius declarationem efficacie Baptismi planam & perspicuum, idq_{ue} retustissimi Ecclesiæ doctores per Exorcismum additis utilibus quibusdam ritibus fecerint, non video cum illa abrogari debeant.

XCII. Prisci Ecclesiæ Doctores meritum & satisfactionem Christi notare volentes signum crucis efformarunt, nimirum in quâ effudit Salvator noster sanguinem suum, quo in Baptismo omnes à peccatis emundamur & abluiamur. Eodem signo ostenderunt, se adversus Diabolum ejusq_{ue} protestatum satis munitos esse illius meritos, qui saugvinem suum pro omnibus in cruce effudit.

XCIII. Illù enim verbis: Accipe signum sanctæ crucis &c. nihil sibi aliud voluerunt prisci Ecclesiæ doctores: quam hoc Baptismo baptizandum sanguine Christi in cruce effuso à peccatis suis ablui, & illo Baptismate meritū sanguinis & mortis Christi efficaciter & potenter baptizato applicari. Nec video, quomodo signum hoc tales ac tantas res apertissime explicans inanem congettulationem, jure dicere posse.

Crucis

XCI V. Crucis, n. signo non roboream illam ligni machinam intelligimus,
cum Papistis Idololatriis, sed in cruce pendentem Christum, extra quem ni-
hil se intelligere adfirmabat Paulus. Quem nimur crucem toties appellasse 1. Cor 2, 2.
non pudet. Ne inanis reddatur crux Christi. 1. Evangelium de Christo 1. Co. 1, 17.
crucifixo, vel sermo ille crucis: Offendiculum crucis. Ne ob cru- Ibid. v. 18.
cem Christi persecutionem patiantur. Absit me gloriari, nisi in Gal. 5, 11.
cruce domini nostri Jesu Christi, per quem mundus mihi crucifi- Gal. 6, 12,
xus est, & ego mundo. Deus per crucem interermit inimicitias. Ibid. v. 14.
Quibus locis per crucem intelligit Christum Crucifixum. Nempe qui pro o- Eph. 2, 16.
mnium hominum peccatis crucem ignominiam contemnam toleravit. Pace fa-
ctam per sanguinem suum in cruce profusum. Patri factus obe- Heb. 12, 2.
diens, usq; ad mortem, mortem a. crucis. Crux ergo Christi, pro Col. 1, 20.
Christo crucifixo notatur, cuius crucis Christi hostes deflet Paulus. Phil. 3, 18.

XCV. Prisca ergo Ecclesia signo crucis non ad inanem gesticulationem,
ut fuerunt. Sed ut sibi crucifixum Christum in decussato ligno propone-
rent, & in illo bona caelestia omnia. Cujus crucifixi Christi imaginem uti-
nam quibus cordis penetrabilibus insigere & insculpere posset, ut ejus mortis
& sanguinis fideli & continua meditatione ad vitam eternam viviscaretur,
& aleretur! Crucis ergo signo in fronte & pectore signato notare voluerunt,
Christi crucifixi meritum Baptizatis penitus imprimi, & intime applicari.
XC. Quod enim in fronte & pectore signum illud formetur, nulla cavilla-
tione ab Anabaptistis & reliquis adversariis eludi meretur. Sub illis enim
corporis humani partibus continentur illa membra quibus vita, sensus, mo-
tus, rationis, cogitationum & omnium meditationum actiones perficiuntur,
atq; adeo membra illa quae potissima anima & spiritus organa sunt. Nimi-
rum significarunt totius hominis anima & Spiritui, & toti homini per
Baptismum conferri omnia crucifixi Christi merita, ejusq; iu cruce effuso
sangvine omnia hominis peccata cum aquâ Baptismi effusa emundari.

XCVII. Quod homines in subitis animi consternationibus signo crucis sese
muniunt, non reprehendi meretur. In Christo crucifixo est certissimum
in omnibus periculis persugium & solatum. Bene illi qui solidam fide &
certam fiduciam hoc configuit! Nos enim per crucis signum Christum cruci-
fixum notamus, cuius cruce qui offenditur, ejus qui in cruce pro omnium pec-
catis mortuus est, meritis se indignum fatetur. Quae vero de superstitione
in formâ vel machina crucis, & de sacramento confirmationis, quod in ver-
bo DEI fundamentum nullum habet, dicit, nihil ad nos, sed Papistæ Idolola-
tria dictum sibi existiment.

Sym-

XCVIII. Summa summarū hæc est: Exorcismus est res media, bono consilio & eventu ab Ecclesiâ prisca tāngam utilis declaratio efficaciam Baptisni, Baptismo p̄missa. Quæ quoad sensum verbi institutionis, & verbo DEI per omnia est conformis, Et ob id commone factio de efficacia Baptismi utilis & necessaria. Quoad verba etiam illa in verbo DEI fundari supra ostendimus. Verum quod ad usurpationem illorum verborum, illorum inquam attinet, ut Baptismo declarationis gratia p̄mittantur, illud vero res media & indifferens est. Nempe hujus formulæ verba Ecclesia pro sua libertate tollere, & alia verba idem significantia ex verbo DEI potest re- & substituere.

X C. I. X. Eo autem minus in Ecclesijs nostris jam abrogari debet, tum quod sine periculo, sine motu, sine scandalo Ecclesiæ & minus firmorum abrogari nequeat: tum vero propter adversarios, qui mutationem religionis ab abrogatione Baptismi fere semper exordiri consueverunt, & constantiam & animos auditorum super abrogationē hujus rei mediæ explorare. Sic ut abrogatio Exorcismi jam pro indubitate notâ ingruentis Calvinismi habeatur. Quod in omnibus Germaniæ Ecclesijs notari utile est. Quod qui ignorat, ille quid ante annos aliquot in Germaniâ gestum sit, & quid etiam geratur, ignorat.

C. Calviniani enim & Anabaptista in hoc Sacramento nudam verborum simplicitatem exigunt, ubi declaratio per verba Exorcismi addita non inutilis est: In altero autem Sacramento ubi verba sunt luce meridiana clariora & simplicissima, infinitas figurarum præstigias conquirunt, & excogitant: Illi, inquam, hæc Exorcismi verba tantum propter Efficaciam Baptisni, quam Exorcismus declarat, & illi inaniunt, tanto pere oppugnant. Quod si exorcismum tanto tempore ab illis oppugnat, ultro abrogaverimus, nos apud imperitos non levitatis solum & inconstitutio, sed etiam impietatis insimulabunt, tāngam ritum impium hactenus tam pertinaciter defendemus. Et reliqua, quæ contra illos defendimus de consimili apud imperitos, impietate suspecta reddent. Quod si justæ hujus ritus Adiaphori abrogandi causæ videbuntur, fieri illud æquum est, non solum reliquarum Saxoniarum Academiarum & Ecclesiarum Doctoribus & Professoribus conscijs, sed & consentientibus. DEVS adflictissimæ suæ Ecclesiæ pacem & tranquillitatem largiatur, illamq; ab hostibus suis eam undique infestantibus clementer & paternè tueatur, ad nominis sui gloriam, & omnium fidelium salutem. AMEN.



18



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn75651584X/phys_0042](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75651584X/phys_0042)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn75651584X/phys_0043](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75651584X/phys_0043)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn75651584X/phys_0044](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75651584X/phys_0044)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn75651584X/phys_0045](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75651584X/phys_0045)

DFG

X C I V. Crucis, n. signo non roboream illam ligni machi-
cum Papistis Idololatris, sed in cruce pendentem Christum
hile intelligere adfirmabat Paullus. Quem nimurum cruce
non pudet. Ne inanis reddatur crux Christi. 1. Evan-
crucifixo, vel sermo ille crucis: Offendiculum cruci-
cem Christi persecutionem patiantur. Absit me
cruce domini nostri Jesu Christi, per quem mund-
xus est, & ego mundo. Deus per crucem interen-
Quibus locis per crucem intelligit Christum Crucifixum.
minum hominum peccatis crucem ignominia contenta tol-
Età per sanguinem suum in cruce profusum. Pa-
diens, usq; ad mortem, mortem a. crucis. Crux
Christo crucifixo notatur, cuius crucis Christi hostes des-
X C V. Prisca ergo Ecclesia signo crucis non ad inanem
usf fuerunt. Sed ut sibi crucifixum Christum in decussa-
rent, & in illo bona cœlestia omnia. Cuius crucifixi Chri-
nam quivis cordis penetralibus insigere & insculpere po-
& sanguinis fideli & continua meditazione ad vitam æte-
& lateretur! Crucis ergo signo in fronte & pectore signato n-
Christi crucifixi meritum Baptizat⁹ penitus imprimi, &
X C. Quid enim in fronte & pectore signum illud formet
tione ab Anabaptistis & reliquis adversarijs eludi meretu-
corporis humani partibus continentur illa membra quibus
tus, rationis, cogitationum & omnium meditationum actio-
atq; adeo membra illa quæ potissima animæ & spiritus orga-
num significarunt totius hominis animæ & Spiritui, &
Baptismum conferri omnia crucifixi Christi merita, ejus
sanguine omnia hominis peccata cum aquâ Baptismi effusa.
X C VII. Quod homines in subitis animi consernationib⁹
muniunt, non reprobendi meretur. In Christo crucifixo
in omnibus periculis persugium & solarium. Bene illi
certa fiducia hac confugit! Nos enim per crucis signum
fixum noramus, cuius cruce qui offenditur, ejus qui in cruci-
catis mortuum est, meritis se indignum fatetur. Quæ ve-
in formâ vel machinâ crucis, & de sacramento confirmata
bo DEI fundamentum nullum habet, dicit, nihil ad nos, se-
tria dictum sibi existiment.



S,
 -
 Se 1. Cor 2, 2.
 10 1. Co. 1, 17.
 1- Ibid. v. 18.
 n Gal. 5, 11.
 l Gal. 6, 12.
 s Ibid. v. 14.
 l Eph. 2, 16.
 - Heb. 12, 2.
 Col. 4, 20.
 Phil. 3, 18.

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. [REDACTED]